

## Prologus.

Hispaniensem fecimus. Alteram in qua sermonem Hispanum sub regulas atque artis precepta contraximus opus eiusdem regine auspitijs editum. (Que te subcollent.) Numero et collo ferant. Varro in. ij. de re rustica de apibus regem inquit suum sequuntur et fessum subleuant. et si nequit volare: subcollant. Sueto. in Othone. Donec omissa meta subcollatus. [Preterea fratres] id est duo vocabularia. [Alia matre.] id est diuersa vocabulorum materia. Nam Alterum ex sermone latino in hispanum. Alterum ex hispano in latinas conuersus dictiones forma vero est: quam ars inducit nomina et verba alia atque partes orationis quadam ad sermonis structuram. vnde signanter dixit. [Alia matre.] alludens ad materiam vocabulorum. [Gemellos.] Quia simul geniti atque editi sunt. [Latio] id est latino sermone. [Iberum] id est hispanum. [Si regina.] quod ipsi regine dicat ondit. [Non nihil.] Aliquid et modeste de se loquitur. atque ex Adartias le sumptum est. Quod si dicis o regina te dare nobis tempora felicia. et meus parens sua doctrina facit secula vestra illustriora.

Que te subcollent excipiantque sinu

Alter: qua nostro mutatur sermo latinus

Alter: que hispane nectere verba docet.

Preterea fratres alia sed matre gemellos

Inuenies: quos tu non aliena petes.

Alter enim Latio sermonem reddit Iberum.

Alter ab Hispanis verba latina refert.

Si Regina tuos repetet voluetque libellos.

Utque solet vultus forte serenus erit.

Pauca tui refers memor hec mandata parentis.

Temporibus vestris non nihil iste dedit.

Quod si tu nobis felicia tempora donas.

Et meus illustrat secula vestra parens.